Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36449
Copyright: Melk, Benediktinerstift

mana non tangente manu. sed archa
na pocius agente cognicione deitatis
frequent audit
Quidam etiã uice ipsam ecclesiã
in qua ipsi dei famuli se
pulchrũ continet. columna lu
cis nocturno tempore circum plectendi
pterit. ad celũ usque porrectã. foris excu
bantibus conspicua stabat. Sed nos
hec que a pnti longiusc(u)le sunt tẽpore
remota. eorum fidei qui se uidisse testati
sunt relinquim(us). ad ea pocius euoluenda
articulũ flectam(us). que non ex longinq(u)o
petenda sunt. sed primo tempore id est
ab anno dñice incarnacionis octingen
tesimo sexagesimo q(ua)rto gesta esse pro
bant. Nam postq(uam) ad improbiores (pro)posi
tos deuoluti. ipsi in n(ost)re p(ro)fessionis titu
lo neglenciores et tepidiores esse cepim(us).
signa quoque que apud nos fiebant ces
sarunt. Uerum ubi diuina clemencia
a et regie pietatis indulgencia. illis
amotis fetem poris cui s(an)cto liutgero o
pitulante aliq(ua)ntulũ expurgare cona
ti sumus. ad diuine ut oramus et cre
dimus (pro)piciacionis indiciũ. ad i(m)perialis
clemencie gloriam. ad n(ost)rim tẽpore ex
citandũ signa quo intercepta fuerũt.
iterũ fieri ceperũt. Que eo indubitan
tius auditorib(us) cõmendam(us). quo n(on) aliorum
ea relatu ut pleraque supius memora
ta cognouimus. sed ipsi oculis n(ost)ris.
plerumque pauciores. plerque om(n)ibus gen(er)a
li(ter) p(er)sperim(us).
Em q(ui) narrare
Rintendim(us). eius qui uiderat chr
athardi p(res)b(ite)ri scilicet n(ost)ri testimo
nio referem(us). Cui(us) uel mor(um) maturitas.
uel ordinis dignitas. uel cum falsa nar
rare. uel nos de narratis ambige(re) n(on)
p(er)mittet. Quadã nocte dum ipse p(res)b(ite)r
n(oste)r post uigilias criptam oracionis causa
ingressus esset. p(ri)mo cepit odorẽ sua
uissimũ quasi de liliorum floribus senti
re. Deinde cum eadem fragrancia c(re)s
ceret. et ipse odoris suauitate magis
magisque repleri cepisset. attonitus q(uo)d
nam esse posset. secum tractare cepit.
Deinde rei u(er)itatẽ omnino explorare uo
lens. p(ro)gressus criptam ingressus est.
Quo facto. cernit in medio cripte qua
si igneũ altaris altitudinem globum
ardenciũ instar carbonũ. Ingens ilico
horror. ingens pauor eum inuasit.
et animũ hac illacque uersans quid esset
actur(us). omnino incertus manebat. Vo
lebat ostensi miraculi finem cognoscẽ.
sed diuci(us) ibi consistere formidabat.
Uolebat egredi. sed timor egressũ i(m)pe
diebat. Herebat igit(ur) stupens. et quid in
hac animi estuacione ageret. p(e)n(itu)s
ignorauit. Interim globus ignis quẽ
uiderat. sensim ascendere. et sua diffusio
ne paulatim minui cepit. donec ad
summitatem cripte perueniens. deficere
uideret(ur). Post quod tremens egressus. an
tiquũ nobis s(an)cti pauli exemplo miracu
lum rep(re)sentauit. Nam apertis oculis uix
aliquid per trinius hore spaciũ uidens. ma
nifestũ dabat indiciũ. se diuinũ lumen
conspexisse. cui(us) reuerberacionẽ huma
nus ferre non posset aspectus.
Aliud quoque miraculũ n(ost)re non
impari. his item diebus ostensum
est. Cui(us) fidem et u(er)itatem lectori partim
ex generali congregacionis n(ost)re attestacione
cõmendamus. Nam cũ eidem fr(atr)i nostre
ecclesie custodia esset commendata. post p(er)
actum diuini officij cursũ. ad extinguen
das ex more lucernas accessit. Quo f(a)c(t)o.
q(ua)ndam exeis post paululũ reaccensam.

ex testimonio p(res)b(ite)ri n(ost)ri liutberni. partim